



248  
v. 3

XI. II<sup>o</sup> = Q.

<sup>41</sup>  
(car. 54. 55)

x





5

# SAECLARIA ACADEMICA

---

QVAE

DIE IIII. NONAS FEBR. ANNI CIO IO CC LVIII

FELICIBVS SVB AVSPICIIS  
ILLVXERE

EXIGVO HOC SPECIMINE  
CELEBRARE STVDENT

AMICI QVIDAM CONVENTIBVS IVNCTI



---

IENAE LITTEBIS STRAVSSIANIS

6



SAEOLARIA  
ACADEMICA

---

ANNO  
DIE IIII NONAS JUNII ANNI MDCCCLXXII  
FELICITER SVB AUSPICIIS

LEONARDI  
FRIDRICH HOC ACADEMIAE

PROFESSORIS PRAESIDENTIS  
HABITUM QUIDAM CONSTITUIT



---

FRIDRICH HOC ACADEMIAE



VIRIS

SVMME PLVRIMVMQVE REVERENDIS  
DOCTISSIMIS ERVDITORVM FAVORIBVS

VIRO SVMME REVERENDO

IOANNI SILVESTRO  
WEINGAERTNERO

PHILOSOPHIAE DOCTORI REVERENDI MINISTERII EVANGELI  
CI ERFVRTENSIS ADSESSORI REGVLARIVM PASTORI MERITIS  
SIMO GYMNASII SENATORII INSPECTORI  
VIGILANTISSIMO

VIRO MAXIME REVERENDO

CHRISTIANO THEODORO  
LOSSIO

PHILOSOPHIAE DOCTORI REVERENDI MINISTERII EVANGELICI  
ERFVRTENSIS ADSESSORI VERBI DIVINI AD MINORITAS  
MINISTRO MERITISSIMO

VIRO PLVRIMVM REVERENDO

IOANNI CHRISTOPHORO  
WVNDERO

ECCLESIAE HERMSTADII ET STORAE PASTORI  
MERITISSIMO

FAVORIBVS SVIS PIE COLENDIS



HAS STVDIORVM PRIMITIAS

DICANT DEDICANT

RESERVANTISSIMI

IO. CASP. HOIER VINAR.

IOACH. CHRIST. LOSSIVS ERVVT.

IO. CHRISTOPH. METHFESSEL ERVVT.

IO. CHRIST. WEINGAERTNER ERVVT.

IO. CHRISTOPH. WVNDER VINAR.

IO. FRID. WVNDER VINAR.

OMNES SACRAR. DISCIPLIN. CVLTORES.





CONCIO AMICORVM MIHI AMICISSIMA  
VIRORVM DOCTRINIS  
ATQVE INDVSTRIA CONSPICVORVM CORONA  
DE DIEI HVIVS SPLENDORE LAETISSIMI



**S** I quid vñquam legum natura nobis institarum summae, omnibus vobis notissimae optime est conueniens; si quae omnium earum consuetudinum, quas sequimur, est praestantissima; si quid maxime est in antiquitate fundatum: illius profecto indolis, maiorum vt memoriam optimis relictam institutis conferuimus, esse mihi videtur. Omnes, AMICORVM DIGNISSIMI, optime nostis, quantum laetitiaie omnium nostrum per animos his diebus serpsit; omnes gaudetis de anno, de tempore, de die felicibus sub auspiciis illucescente; omnes gaudii nostri nouistis



novis rationes easque iustissimas. Quid autem loquor, aut quid vos nugax detineo? brevibus dicam, quas tantae laetiae causas omnes academiae nostrae ciues habeant, circumspiciant. En saecularia academica! en diem illum videmus, quo salanam hanc academiam fundarunt maiores nostri, quo eam legibus stabiluerunt! en tempus adest gratissimum, quod optimi principis memoriam his in primis diebus nobis quasi reddit notiozem! Quis enim illum Saxoniae electorem, cuius sanctissimam nostram in religionem merita nostrum cuique sunt notissima, quem viri temporum istorum doctissimi magnanimum iure ac merito cognominarunt, quis, inquam, IOANNEM FRIDERICVM omni hac laetitia, omni laude, omni memoria indicabit indignum! Tantum erat principi huic religionis studium, vt non exemplum modo admiratione omnium dignissimum ipse daret posteritati, vt etiam tantis, quae habebat in religionem, meritis non minorem adderet industriam illas circumspiciendi vias, quibus religio posset integra conseruari, stabiliri, aduersus hostes reddi firmior. Neque vero non, vt optima quaeuis eum his effecisse credamus, omnia si istarum viarum commoda cogitatione ac cura perlustramus, vbique, quorsum vertamus oculos, multas habemus rationes. Sed quid longa omnium earum rerum prodesset enarratio? quem illius finem fingerem? Omnibus enim VOBIS, quot vias religionis nostrae ad conseruationem princeps ille adhibuerit, est notissimum, quid? quod notius, quam ipse VOBIS possem exponere. VOS, AMICI, altiora audire solitos offenderem potius, quam excitarem ad laetitiam, qua tamen dies hic est celebrandus. In eo enitar potius, vt celeberrimam hanc, cuius ciues sumus, academiam a IOANNE FRIDERICO filii:que illius, principibus tanto patre dignissimis conseruandae religionis causa esse fundatam, breuibus adiuicam. Optimi isti principes, quorum celebratio, quorum memoria nec apud nostrates, nec apud alias gentes vquam peribit, quantam conseruandae religionis, tantam quoque academiae fundandae curam habebant: idque eo fine perficiendum illis videbatur, vt ibi educarentur, qui omnes religionis nostrae



nostrae doctrinas plebem indoctam satis ac rudem faciliori possent ratione edocere. Ecquid poterant utilius tanto a studio expectare? obtinere, quod optauerant, prospere successit illis, quod erant ausi. En annum millesimum quingentesimum quinquagesimum octauum, quo academiam tres annos ante fundatam ipse romanus imperator legibus latis confirmauit atque academiarum habuit in numero! Floruit optima haec academia semperque viros summa conspicuos eruditione educauit, arcessiuit, aluit; floruit ducentos annos, cuius hodierno die non sine laetitia recordamur; floruit principibus illis celeberrimis academiae nostrae statoribus in honorem perennemque memoriam, religioni atque ecclesiae nostrae in conseruationem, maioribus nostris in utilitatem, nobis ipsis in commodum maximamque laetitiam. Sed cui haec omnia debemus? quem summa laude celebrabimus? ipse deus omnium bonorum auctor ac conseruator duobus saeculis tanta nobis dedit, parauit, stabiliuit: soli huic debemus, quod optimo in flore stet firma adhuc atque integra celebris haec academia, quod doctissimorum sedes quasi semper exstiterit, quod optimorum iuuenum habuerit confluxum, quod denique, non dicam omnium Germaniae academiarum celeberrima; sed multis aliis multo sit celebrior. Quot sunt ac quanta, de quibus academicis his in saecularibus omni splendore a nobis celebrandis ad vos verba possem facere? multa de academiae huius flore; plura de ipsius dei principumque praestantissimorum cura circa illius conseruationem; plurima ipsis de commodis, quae saeculis duobus eius a fundatione sunt profecta, oratione hac possem enarrare. Optimum sane nostroque instituto maxime erit conueniens, quin optimis nostris conuentibus optime accommodatum, vt quam fuerit necessaria academiae nostrae fundatio, temporum istorum e conditione ipsiusque rei indole ac natura argumentis nostris non infimis breuiter VOBIS demonstrarem.

QVOD vero suscipio ego his in rebus tam inexercitatus? cur ego potissimum surrexi? quum ceteros socios omnes federe videam. Vix ac ne vix quidem optationi VESTRAE, AMICI,  
mea



## VIII

mea respondebit oratio. Sileam igitur, ne rebus ineptis stilo-  
que inornato vos offendam mihi que reddam iratissimos, sileam  
ac doctiori opus inceptum tradam absoluendum. At quae lo-  
quor? summa VESTRA benevolentia, quam semper sum exper-  
tus, meliora sperare me iubet. VOBIS enim, quod VESTRUM  
in numerum me recepistis, VOBIS, quod amicitia me estis digna-  
ti, VOBIS omnem amorem debeo. Gratias VOBIS in primis  
ago, quod laetissimo hoc die opus hoc gratissimum mihi ab-  
soluendum demandastis. Agam, quod iussistis, concedatis,  
quae opto, audiatis, quae in comta oratione proferam.

TVRBULENTISSIMIS illis ac miserrimis temporibus, qui-  
bus sanctissimae apostolorum religionis restaurator, quibus, in-  
quam, LVTHERVUS noster omni extollendus laude, expiravit,  
suaque morte ipsum MAGNANIMVM reddidit trifidorem, omni-  
um Germanorum animos tanta occupauerat, tanta corruerat  
ignorantia, vt ne ii quidem, quos ecclesiae ministros constituerat  
summus pontifex, religionis suae intelligerent doctrinas illisque  
plebem possent erudire. Tanta ac maior, quam potest describi,  
omnibus erat ignorantia, omnes communi in disciplinas odio  
quasi ducebantur; nullus in illas incumbebat; doctissimi vix po-  
terant legere latina; quidquid de religione nouerant pontificis  
adsecrae, nihil nisi res fictitiae erant ac commentitiae. Quo  
igitur modo rebus sic corruptis sanctissima illa, quam sequimur,  
religio tunc a LVTHERO restaurata longius potuisset serpere?  
quo modo tot aduersus hostes iusta facere iudicia insolitos po-  
tuisset conseruari? nonne aut vi, aut ipsa illa ignorantia eua-  
nuisset nostra religio, quasi numquam extitisset? nonne eam  
omnium ex animis penitus hostes euulsissent, nisi diuina numi-  
nis gratia religionem conseruandi vias inspirauerit illius restaura-  
toribus? En genus hominum tam rude ac peruersum, vt nihil magis,  
quam religionis nostrae interitum optaret atque in illo omni  
industria, omni labore eniteretur! Quot enim vias non iustitia;  
sed violentiis, non veri amore; sed ignorantia, non emendandi  
cupidine; sed crudelitate ducti perdendam nostram ad religionem  
semper adhibuerunt, quanto exercitu contra principes, nostrae  
tutores



tutores religionis gesserint bellum, eosque duxerint captiuos, iam dudum vobis fuisse notum mihi persuadeo. Sed quanta hostium istorum erat crudelitas, tanta ac multo praestantior religionem nostram conseruandi cura erat diuini numinis. Excitabat IOANNEM illum FRIDERICVM, principem disciplinae, eruditum, bonarum artium ac doctrinarum statorem, eruditorum fautorem, verissima LVTHERI nostri religione conuictum, semper ad illam defendendam paratissimum: hunc, inquam, vt religionis esset defensor, omnibus viribus ipse deus exstruebat; hunc, vt veram esse eandem testaretur, constantissimum eligebat. Atque omnia tanti principis gesta si paullo curatius circumspeciamus, vndique de summa eius in religione constantia testimonia videmus, eaque praestantissima. Etenim quotquot annos princeps hic vixit captiuus, de animi firmitate numquam destitit, numquam religionem, quam erat professus, negligens abnegauit; numquam, quod ad res diuinas, a verissimo discessit; semper mori, quam pontifici adhaerere maluit. Tantum vero abest, vt omnia haec, maximi licet sint momenti, illi sufficerent, vt potius religionis de conseruatione die nocteque meditaretur. Meditabatur non modo; verum cogitata quoque efficere adeo curabat, vt et filiis suis religionem stabiliendam ac defendendam commendaret moriturus, et ipse hunc in finem illustre, vt vocant, gymnasium Ienae iuberet fundari. Quod consilium, quum firmandae religionis optimas suppeditaret vias, omni labore, omni industria curarunt principes tanti patris aemulatores efficere. Ecquis principes istos omni laude, omni memoria destituet? ecquis omnem honorem, quem merentur, illis denegabit? nullus profecto, laudabilium nisi institutorum contemnat praestantiam. Bene nimirum acui sui perspiciebant ignorantiam, tollere illam studebant ac quoad poterant, in eo elaborabant, vt, quam vera sit LVTHERI religio, plebs posset eo melius perspicere, diiudicare. Hanc, omnium licet animos fabulis impleuissent pontificii, opera tamen atque indefesso labore falsis illis, quas ea conceperat, opinionibus penitus tandem liberarunt assidui re-



ligionis nostrae defensores. Quid vero laudando hoc de infi-  
 tuto, de academiae nostrae fundatione, quae religionis conser-  
 uandae fuit via, nobis est iudicandum? nonne omnes illas uti-  
 litates comparauit, quibus opus erat ad religionis conseruatio-  
 nem? nonne ipsae illius doctrinae academicis a doctoribus  
 disquisitae multo euasere distinctiores? nonne via illas defen-  
 dendi omnibus optime est parata? Inimici siluerunt ignari eius,  
 quid verum sit, aut falsum; deo iuuante omnes hostium impe-  
 tus euanere, nostraque religio stetit firma, mansit verissima.  
 Tantum deo, tantum academiae nostrae statoribus debemus,  
 quod illius fundatione, quod eiusdem flore religionis nostrae  
 impediuerint interitum, multorum quum ex animis euanescere  
 iam videretur. Numen enim illud supremum, quod reueremur,  
 quod omnia sapienter nouimus efficere, deus, inquam, ter  
 optimus maximus principum illorum direxit animos, optima eis  
 suppeditauit consilia, quibus, se veram tueri religionem omni-  
 bus demonstrare, quibus illam firmare possent. Tanto nutui  
 diuino obedire, nec dei iussa recusare principes pietate in deum  
 celeberrimi sibi ducebant maxime necessarium, adeo, ut omnem  
 istis in rebus laborem, omnem, quam poterant, curam pone-  
 rent. Exstruebant templa, in quibus religionis peragerentur  
 officia, parabant loca ad plebem religione erudiendam, funda-  
 bant academiam, qua optima haec instituta posteris redderentur  
 vtilia. Ut autem academiae huius optime fundatae legibus ipso  
 ab imperatore firmatae, LVTHERI religione ornatae conceptas  
 efficerent utilitates, cura non minori viros illius aevi doctissi-  
 mos, religionis tamen nostrae adscelas litteris aduocabant pu-  
 blicis, ut iuuentutem hic confluentem et disciplinis erudirent, et  
 quoad mores emendarent. Optime sic successit principum tan-  
 torum inceptus labor, factum est, quod sperauerant, multum  
 utilitatis nostra est ex academia profectum. Quis enim tam  
 erit rudis, tam historiae ignarus, ut quantum utilitatis religio-  
 ni nostrae illa attulerit, neget aut nesciat? quis tam abiecti ac  
 humilis erit animi, ut omnem academiae nostrae celebritatem  
 velit destruere. Semper, quoad vsque mentes nostrae possunt  
 respi-



respicere, fuit celebris celebrium virorum fama, quibus numquam illa defecit, semper scripta eruditione plenissima Salana nostra edidit in lucem, semper de religione firmanda aduersus hostes elaborauit. Maiora effecit, quam corruptissimo isto saeculo poterant expectari, hostes reddidit infirmiores, ut quid obicerent fere nihil, saltim leuissima haberent. Rebus nostris sic emendatis tam firma stabat nostra religio, ut inimicos omnes illius adseclae irriderent potius, quam eorum, non dicam potentiam; sed crudelitatem formidarent; tam vera omnium erat in oculis, ut et hostes meliora edocti inciperent eidem adhaerere. Omnes, *DILECTISSIMI*, mea ex oratione ac, ut mihi persuadeo, iam antea fatis intellexistis, quam fuerit istis temporibus utilis et necessaria academiae fundatio. Aderant quidem academiae; sed proh dolor! corruptissimae atque ignorantiae quasi sedes: ignorantia ibi; non disciplinae, vitia; non mores emendati, falsa; non vera florebant: nullus, apostolorum qui tueretur doctrinas, aderat, omnes religioni fabulis firmatae ipsique romano pontifici adhaerebant. Sic vero non eruditionis; sed ignorantiae scholae poterant adpellari: ipsi earum doctores, vel prudentissimi nulla re magis, quam inutilibus illis sophismatibus, quibus religionem nostram oppugnabant, semper delectabantur; ac quid de academiis dicam ciuibus? plerique erant vitiorum amatores, plerique ipsi vitii obruti, plerique inutilia, ut vocant, terrae pondera. Quid autem religionis nostrae statoribus academiae illae poterant prodesse? nihil plane utilitatis nostris, nihil veri commodi ipsi pontificiae religionis adseclis poterant praestare; eo magis euangelicae academiae fundatio fiebat necessaria, ut corrupta illa tempora emendarentur. Haec enim ignorantiam paene ubique illius ab amatoribus firmatam quasi eradicare, haec indoctos disciplinis erudire, haec pontificiorum vitia destruere atque emendatos mores restituere, haec omnem religioni conferuandae occasionem parare sola debebat. Audiamus tantum, quid illis de academiis ipsi religionis nostrae indagatores *LUTHERVS* et *PHILIPPVS MELANCHTHON* tantorum vitiorum



eum adfluxu perterriti iudicauerint? *Quid aliud hoc usque, inquit prior, fuerunt academiae nostrae, quam optimorum ingeniorum voragines et iuuentutis corruptelae? non eo solum, quod magna erat vitiorum licentia, id minimum est; sed quod nulla liberalis exstabat doctrina, quod pietatis studium inolevis, inutilibus et periculosis sophismatibus erat obrutum, quibus bona ingenia impedita ad nullum frugem peruenerunt. Sic neesse est in meridie errare, sicut caecus solet esse in tenebris, ubi verbum dei non habemus, quo regamur & illuminemur.* Non diuersam ab hac sententiam posterior alique religionis nostrae doctores iure ac merito tulerunt, illorumque verbis vos detinere mihi non est animus. *VOBIS* igitur ista de re satis conuictis, cur academiam nostram sic florere semper iusserit deus, eo facilius explanabo. Hic enim sapientissimus huius terrarum orbis gubernator ecclesiam illam, quam sibi elexit, quam adhuc amat, quam stabilit, eandem stabiliendi vias seruabit, stabiliet. Hic nostra ab academia aduersam fortunam, hic hostium inuasionem, hic quaeuis mala auertit, quid? quod innumera benignitatis suae illi dederit testimonia, doctoribus verae religionis amorem inspirauerit, eosdem elegerit religionis defensores, eosque acerrimos. Quid mirum? quod tantam famam Athenae nostrae sint consequutae, quid mirum? quod illas omnes celebrent, quod adhuc existant integrae, celebres, musarum sedes. Quot vero ac quantos doctores semper aluit alma lenensis, quot eruditos, qui disciplinas, qui mores emendarunt, qui ipsam nostram religionem omnibus, quot quot fuerint, dubiis liberauerit? Omnes omnium eorum, qui euangelicae adhaerebant religioni, amorem atque aestimationem merebantur; omnes communi eruditione optimoque religionis studio excellebant; omnes iuuenum illum confluentium salutem, commoda quaerebant; omnes officii sui, ipso a deo se esse missos, persuasi non leuiter; sed omni cura, omni industria perfungebantur. Tanto eruditorum ex studio nihil nisi summa utilitas, ipsa academiae perfectio, maximus illius flos poterat proficisci: ipso deo tutore interire eadem nequibat,



bat, quin tanta, quae ienensi erant academiae, columnina eam multo reddebant celebriorem. Videmus illam nostro aevo viris doctissimis abundantissimam, quibus omnibus eius celebritas quasi columninibus est fundata: videmus tantos viros, qui omnem in academiae salute curam figunt ac cogitationem: quotidie eos conspiciendi atque illorum famae recordandi datur nobis copia. Consideremus religionis nostrae doctores, consideremus hos eruditorum fautores, nonne WALCHIVM religionis nostrae studiosissimum, nonne KOECHERVM pietate in deum celeberrimum, nonne REYSCHIVM litteris sanctioribus maxime eruditum, quemlibet pro eius eruditione denuo admirabimur? consideremus cetera academiae nostrae columnina, vbique eruditionis exempla reperiemus. Iustissimam omnino laetandi causam die habemus hodierno, quum omnium istarum rerum memoriam nostris in animis saecularia restituant academica. Recordamur temporum istorum, quibus Salana nostra floruit, quibus stetit integra, laetamur de illis maximo opere, omnem nunc sepelimus tristitiam. Quid autem proferemus diei huius sollemnitati conueniens? qua numen diuinum laude celebrabimus? tantum enim debemus ei, vt, vbi sit nobis incipiendum, nesciamus beneficiorum prae multitudine. Optima profecto saecularia nostra celebrandi ac diuinis beneficiis erit dignissima ratio, vt nostrae academiae laetemur de celebritate omnemque in deo celebrando operam ponamus. Nobis in primis, OPTIMI, de academiae nostrae flore ac magis, quam aliis, laetari incumbit, nobis de illius integritate est gaudendum, nobis diuini fauoris celebratio curae esse debet eique maximae. Omnibus enim VOBIS, conuentus hos huius academiae cives nos instituisse est notissimum, quo vero modo illi potuissent fundari, nisi haec Salana exstiteret, quomodo firmari, nisi ciuitate in ea essemus donati. Quid igitur magis optabimus? quid praestantius in votis habebimus, quam academiae nostrae florem? quid vtilius quam diuinae benignitatis, cuius experti sumus exempla, praestantiam celebrare ordiemur? Bene sic peragetur saecularium nostrorum celebratio. Numen vero illud supremum, cui



omnes gratias, omnem grati animi reſtificationem debemus: ſtabiliat Athenas noſtras, ne fortuna aduerſa, ne hoſtium conſiliis, ne ciuium diſcordia debilitentur; conſeruet illarum columna, vt iuuenum curent ſalutem, vt leges optimas cuſtodiant, vt ipſam noſtram religionem firmiter defendant. Tunc futuro etiam aeuo florebit academia, tunc erit celebris, tunc nos ipſos habebit doctorum famam celebraturos.

DIXI IO. CASP. HOIER  
ſoc. lat. ienens. collega.



Erhebt euch vom Hochmuth der Freude gereizete Freunde,  
Laß Muſe die Kleinmuth, komm, eile herbei,  
Dein Jubelklang jaget ſchon mächtig die ſchüchternen Feinde,  
Salinens gehügelte Gränzen ſind frei.

Entzückende Berge! verſteckt nicht der Sonne die Strahlen,

Ach bückt euch, beſchleunigt den herrlichen Tag;

Ja, laßt ſie Salinen ein reizendes Jubelkleid mahlen,

Entzieht ihr den Rücken, und ſehet ihr nach.

Es läßt ſich die Gottheit, mit Kleidern der Gnade umgeben,

Beneigt zum erhören im Geiſte beſchau;

Du mußt ſie, zum Lobe verbundene Saline, erheben,

Auf laßt uns ihr Jubelaltäre erbaun.

Hört,



Hört, Freunde! von Armuth gefesselt, die schmetternden Töne,  
 Den Jubelklang, der auf dem Helicon schallt,  
 Es bringen die Früchte der Muse geheiligte Söhne,  
 Gleich Göttern der Erde, gleich ihrer Gestalt.  
 Hier thönet Dein Nachruhm, Großmüthiger Friedrich!

hier bauet

Dein Liebling, die Muse Dein Ehrenbild an,  
 Dich Stifter verehret sie, als ob sie Dich lebend geschauet,  
 Dich Kenner der Wahrheit, Dich Helden, Dich Mann.  
 Uns blüht noch Dein Stammhaus zur Freude in herrlichsten  
 Zweigen,

Ein trefflicher August ist Vater allhier,  
 Nebst Fürsten, die jedem in reizenden Bildungen zeigen  
 Fürtrefflichste Fürsten; den Abdruck von Dir.  
 Ehrwürdigste Lehrer! preiswürdige Verehrer der Musen,  
 Ihr Israels Meister, Ihr nähret die Lust.

O Jena! was trägst du für herrliche Weisen im Busen?

Hier waltet dem Jüngling vor Freude die Brust.  
 Komm Knabe! komm Alter! ia kommt halb erstorbene Greise,  
 Kommt, wackelt auf hölzernen Füßen herbei,  
 Kommt machet dem Höchsten, den Fürsten, den Lehrern zum

Preise,

Nach allem Vermögen ein Jubelgeschrei.

Er



XVI.

Lehnbne Saline! schon zählst Du zweyhundert der Jahre,  
Von Deinem geliebtesten Wiegenfest an,  
Auf iauchze, damit auch die späteste Nachwelt erfahre,  
Was Friedrich und dessen Gehülffen gethan,  
Die Kechre des Himmels besestige Dir Thore und Mauren,  
Und laß Deine Stützen unwandelbar stehn,  
Daß Wahrheit und Treue im Munde der Lehrer fort dauern,  
So Läst Man Dein IVbelfest fröLICH begehn.

von

Joachim Christ. Vosius.

RES ducum gestas celebret poeta,  
Non nisi Marti solitus fauere;  
Bella sublimi numero referre  
Diligat ille.

Aut canat Teucrici similes heroas  
Caede victorum celebres eruenta,  
Fortium pugnas super astra tollat  
Carmine diuo.

Ast adest accepta dies canenda,  
Hanc canam, dignam modulis amoenis,  
Gaudii plausus redeunt ad omnes  
Tempore nostro.

Saeculis



Saeculis Salana fuit duobus  
 Flore diuerso celebris, quid? omnes  
 Hanc magis florere volunt amantque  
 Pectore lacto.

Quanta tunc mentis rediet voluptas  
 Ciuibus? Laetis animis amabunt  
 Optimum florem positum Salanae  
 Tollere caelo.

Hacc a

IO. CHRISTOPH. METHESSELIO.

\*\*\* \*\*

**F**est rasten des Mavors blutgierige Söhne,  
 Saline genießet der süßesten Ruh,  
 Man hört nur erfreuliches Jubelgetöne,  
 Die Schaaren der Musen frolocken darzu:  
 Sie weihen mit Danken dem Höchsten Altäre,  
 Der sie mit dem fröhlichsten Tage beglückt,  
 An dem, Dir, Grosmüthiger Friedrich! zur Ehre  
 Saline ihr anderes Halljahr erblickt.  
 Die Muse besingt mit begeisterten Saiten  
 Dich, Friedrich! den Stifter; dich ehret ihr Lob:  
 Verehrer der Musen, wer wird wohl beneiden  
 Den Helden, der ehemals Salinen erhob?


C

D könnte



O könnte die Freude in reizenden Bildern,  
 Die sonst der Dichter lebendig beschreibt,  
 Die wankende Feder noch fühlbarer schildern,  
 Schweig Vorfaz, weil dieses Verwegenheit bleibe.  
 Drum singet vor mich, ihr vereinigte Brüder!  
 Erwartet nur wünschende Seufzer von mir  
 Verdoppelt die Stimmen, ihr Berge schallt wieder,  
 Blühe Lehrer, blühe Jena! der Herr ist mit dir.

von Joh. Christ. Weingärtner




ALMA Salana, quid est? cur tu laetaris et omnes  
 Ciues ingenui planctus et tristia mittunt?  
 Quid tibi contingit quum vicus, oppida, terrae  
 Dissoluenda darent moestissima corda dolori?  
 Num tibi concessit supremum gaudia numen?  
 En iustam caussam laetandi! en iubila laeta!  
 Ecce dies celebris celebrandus tempore nostro!  
 Accessit tempus, quo sunt fundata lycaea.  
 Omnes perpendant, quot, qualia, quanta LUTHERI  
 Commoda doctrinae sacrae sint inde profecta?  
 Summo quisque dei celebrabit iure fauorem.  
 O ciues! celebrate deum, qui talia fecit,  
 Illum MAGNANIMVM, qui propter res bene gestas  
 Aeternam laudem multumque meretur honoris,  
 Eiusdemque duo natos, vestigia patris  
 Defuncti studio nec non ardore sequentes.

Sic



Sic bene, sic recte celebrantur iubila nostra;  
 Alma Salana duo felix per saecula flores  
 Sic tibi futuris fauceat fortuna benigna.

a IOAN. CHRISTOPH. WVNDERO  
 soc. latin. ienenf. collega.



ADFERAT et Boreas, Zephyrusque, ac Auster et Eurus  
 Bellorum strepitus! turbata bella tonent.  
 Interitum populus populo minuetur acerbum,  
 Gens gentem vastet, tristis Enyo furat,  
 Fulguret infestae caedis cupidissimus ensis,  
 Cultaque spumato rura errore riget.  
 Laeta tamen nobis almus deus otia fecit,  
 Quis nil Parnasso gratius esse potest.  
 En Ienam nostram tranquilla pace fruentem,  
 Postquam Mauortis sensit et illa minas!  
 En hilares valde musas! en tempora fausta,  
 Quis fundata frequens nostra palaestra fuit.  
 Laetemur musae! celebremus iubila laeta!  
 Quisque deo grates offerat atque dicet,  
 Qui per tot casus, per tot discrimina rerum  
 Salanam nostram dirigit atque tegit.  
 FRIDRICI tanti cineres veneremur herois,  
 Qui Ienam musis esse sacram voluit.  
 Omnes fundemus, quibus est academia curae,  
 Pectore feruenti vota precesque pias!

MAGNA-





XX

MAGNANIMI diui vias TV DIGNA PROPAGO,  
Quam nutritores nostra palaestra colit!  
Vivite doctores solidissima fulcra lycae!  
Vivite vos ciues! stet sua cuique salus!  
IVblla siC sanCte Lactans SaLana CeLebrat  
Et seMper CresCet grata paLaestra bene.

a IO. FRIDER. WVNDERO  
societ. lat. Ienens. collega.





U. 476

ULB Halle 3  
001 976 869



Sb


M. 02. 02. 01,











5

# SAECLARIA ACADEMICA

QVAE

DIE IIII. NONAS FEBR. ANNI CIO IO CC LVIII

FELICIBVS SVB AVSPICIIS  
ILLVXERE

EXIGVO HOC SPECIMINE  
CELEBRARE STVDENT

AMICI QVIDAM CONVENTIBVS IVNCTI



IENAE LITTTERIS STRAVSSIANIS

6

